

ILLVSTRISSIMI
ET REVERENDISSIMI

D. D.

GABRIELIS
PALAEOTTI, S. R. E. CAR-
DINALIS AMPLISSIMI,

DE

Consultationibus sacri Consistorij

COMMENTARIUS.

IN QVO EX INSTITVTO DE

*OFFICIO CARDINALIS IN DICENDA SEN-
tentia differitur; ceterum eadem opera omnibus qui in Reipub. admini-
stratione versantur, & ex Christiana religionis sanctimonia, & ex ciui-
li prudentia ea praecepta traduntur, quibus neque ad pietatem,
neq. ad publicam felicitatem quicquam magis
appositum fingi potest.*


Editio altera, quae est in Germania prima.



INGOLSTADII,

Excudebat DAVID SARTORIUS, Anno M. D. XCIV.

COLL. SOC. REGV SALM. EX DONO REGVM




Bibl. d.





IS QVI HANC
EDITIONEM PRO-
CVRAVIT LE-
CTORI
S. D.

MERITO & ab opere summo, & ab aliis plerisque
Phormio ille Peripateticus Annibali ludibrio fuisse
censetur, quod homo in umbra & pulvere scholastico
educatus, qui nunquam aciem, nunquam castra vi-
disset, nunquam in vlla publici muneris parte versa-
tus fuisset, coram eo Imperatore, qui toties cum nobi-
lissimis ducibus collatis signis pugnasset, tot exercitus occidione occidis-
set, tot vrbes cepisset, gentium victorem Pop. Rom. tantum non ad ex-
tremum desperationis adegisset, tam multas horas de re militari, deque
Imperatoris officio, vt sibi quidem aliisque videbatur, ornate sane at-
que copiose disseruisset, vt Annibal sentiebat, loquaciter ac arrogan-
ter nugatus esset. Quod ego iudicium scio tamen nonnullis viris graui-
bus ac prudentibus eatenus placuisse, vt non negarent, hominis esse ni-
miopere se amantis praesidentisque, praecepta iis tradere qui factis du-
dum docuerint, quam facile institutione ac informatione istiusmodi ca-
rere possint; neque inde tamen consequi, quin multa in vnoquoque ge-
nere artium, adeoque in omni humanarum actionum varietate, & sci-
enter animaduerti, & eleganter explicari, & commode utiliterque
praecipique queant, fierique vt interim illarum praceptionum auctor atque
magister profectibus, & nobilitate discipulorum clarus sit, ipse, quod ad



DE SACRI
CONSISTORII
CONSULTA-
TIONIBVS
PARS I. QVÆST. I.

De Consultationis necessitate in rebus priuatis.

ROSTVLAT instituti nostri ratio, vt cum de sacri Consistorij consultationibus simus tractaturi, ea in primis impedimenta submoueantur, in quæ Lectoris cogitatio in ipso limine posset offendere, addubitantis forte nos in minus necessario opere versari; cum hominum consultationes siue ad priuata, siue ad publica negotia pertineant, earum ex rerum genere esse censeantur, quæ arbitrariæ dicuntur, & quodam potius vsu, quàm certa necessitate institutæ. Vnde nos priusquam de rebus Consistorialibus, quod nobis principaliter propositum est, differere ingrediamur, nonnulla tum de priuatarum rerum, tum de publicarum consiliis persequenda esse duximus, vt certioribus gradibus ad Consistorialia perueniamus.

Possent igitur fortasse alicui in mentem venire minus esse necessarias de rebus priuatis consultationes; eo quòd ius commune neminem cogit alios in rebus suis consulere, neminemue damnat sine consilio rem donantem, aut ementem, aut locantem, seu hereditatem aduentem, aut de toto patrimonio suo testantem: immo paucis exceptis casibus, quibus tutores, curatores, seu administratores certis personis, ac rebus adiungi solent,

supra

A

reliquis

QVÆST.
I.